

3 *Posito objecto contingenti, probabile est poni adjunctum occupatum; & remoto, tolli.*

Ut, Hic nulli sunt ægri. E. nulli medici. Multi sunt hic ægri. E. multi medici. Narrat de ventis. E. est nauta. Versatur circa arma. E. non est puella.

4 *Posito adjacente aut circumstantiâ loci vel temporis, probabile est poni id, cui solet accidere; & remoto, removeri:*

Ut, Laureatus est. E. est poëta. Incedit nitidiùs solito. E. est spōsus. Martius est. E. ciconiæ advenerūt. Hora octava matutina est. E. nō est ebrius. Noctu versat⁹ est circa edes. E. fur est.

5 *Posito signo contingenti vel communi, probabiliter ponitur signatum; & remoto, removetur:*

Ut, Luna pallet. E. pluet. Febricitat. E. laborat pleuritide. Non habet lac. E. non peperit. Non gestat telum cruentum. E. non designavit homicidium. Habet frontem parvam & depressam. E. est stupidus.

Canones de antecedente, consequente & connexis. Mediū con-

1 *Posito antecedente contingenti, probabiliter ponitur consequens:*

Ut, Vitulus est. E. erit vacca. Ver est. E. estas sequetur. Puer est. E. erit juvenis.

tingens è loco antecedentis, consequentis & connexi.

2 *Posito consequenti contingenti, probabile est fuisse antecedens; & remoto eo, probabile est, non fuisse:*

Ut, Cœlum est jam serenum. E. heri circa vesperam fuit rubicundum.

3 *De quo unū connexū contingens affirmatur vel negatur, de eo alterū probabiliter affirmatur vel negatur:*

Ut, Mendax est. E. etiam fur. Non est fur. E. nec mendax.

Canones de dissentaneis.

1 *De quo unum diversorum negatur, de eo non necesse est alterum negari:*

Ut non sequitur, Ulysses non fuit formosus; quia facundus fuit; nisi contingenter. Nam utrumque potest uni & eadem subjecto tribui.

Mediū contingens è loco dissentaneorum.

2 *De quo unum oppositorum verorum negatur, de eo*